

Post responsionem fuit facta  
 protestatio per Oratores, quod Serenissi-  
 mus Rex eorum vellet, quocumque mo-  
 do requirere jus suum et Illustrissimi  
 Ducis Sigismundi in Regno et in  
 Ducatu, et quod non debuerant esse  
 contenti hoc responso, et propterea  
 responsum iterum est eisdem Oratoribus  
 coram Senatu, nomine Regie majesta-  
 tis in haec verba ut sequitur.

Responsum quod nomine Regie  
 Maiestatis haberi accepistis a deo ju-  
 stum reputat Maiestas Regia, ut  
 non modo a fraterna maiestate verum  
 a quovis extraneo suscipi debet quoniam  
 Maiestas Domini nostri. In his quae  
 Maiestas Domini Regni Hungariae  
 postulat omnia deferet prudentiae et  
 virtuti illius maiestati.

Nec visum est Maiestati Domi-  
 ni nostri ad latiores aliquos tractatus cum

Dominationibus

84



1202  
Dominacionibus ad presens procedere  
ea potissimum causa ne a vestris Do-  
minacionibus sua Maiestas aliter  
cuius deinde prosequi, quam fraternus  
amor postulat.

Verbis enim D. V. post responsum  
habitis, videtur Maiestas Domini no-  
stri magis trahi quam duci vel poti-  
us cogi ad ea facienda, que duntaxat  
et fraterno amore procedere debent  
et ubi opus esset non desent ver-  
ba, quibus protestari possit et affe-  
ctio fraterna, et debitum eius Maie-  
statis quod stringit et obligat Sta-  
tum Universi Regni et Subditorum  
libertatem minime deferendam, per  
Oratores tamen suos planius Maie-  
stas sua illam Maiestatem, frater-  
nam reddet certiore. In quo non  
minus sed iusto ordine et fraterno  
amore erit procedendum.

Pre-



Responsum nomine Dominorum

Cum ea, quae nobis per Dignitates Vestras De mente Sacrae maiestatis Regiae proposita sunt secum ipsi Animo revolvimus sine gravi molestia, et vehementi Animi perturbatione ferre non possumus. Non enim parvi momenti putamus culpam a tanta Majestate, et illam se per nos esse et ludibrio habitam, quod non modo non fecimus, sed absit ut cogitemus. Nam cum externos principes observare, et impari officiosi semper esse consueverimus, quantum illi Majestati et pro nostro naturali Debito, et pro illius summis beneficiis Deberemus, nemo inter nos est, qui non intelligat, quam colere et venerari precipuum apud nos semper fuit studium. Expositum etiam super fuit Dignitatibus vestris, ea, quae nobis illius Majestatis nomine impunitatis nunquam de scientia et voluntate

luntate



luntate nostra proficisse processisse.  
Constituimus insuper pro evidentiori  
declaratione innocentie nostre ad illam  
Majestatem Oratores nostros mittere,  
tum etiam ne ceteris postulatis Majes-  
tatis illius efficacius satisfieret com-  
municato Consilio fratrum nostrorum,  
ad quos maxime altera pars orationis  
Vestree, videtur pertinere per eundem  
Majestati illi respondere.

Rogamus itaque Dignitates  
Vestras Dignentur interim efficere, qua-  
tinus Majestas illa aliud de nobis  
sibi persuadeat, cui perinde ac  
Dominum nostro gratiosissimo placere et  
obsequii desideramus, cujus etiam  
Patrem, patrem patrie istius unge-  
niti profuemur.

